(1) *O la tenga de otro.* Concordat cum l. 2. §. *in hac actione*, D. eod. et *Institut.* eod. §. fin. ubi ex hoc Angel. ibi infert, quòd si statutum punit rapientem rem alterius vel occupantem possessionem alterius, pœna habebit locum, etiamsi res occupata, seu rapta, non erat illius qui vim passus est; si tamen sua intererat vin non pati, vide Bart. in rub. D. *de oper. nov. nunt.*

(2) *Los herederos del robado.* Concordat cum l. 2. §. fin. D. eod.

(3) *Los herederos de los robadores* Concordat cum dict. l. 2. §. fin. D. eod.

(4) *O la estimacion della.* Quia tenentur in eo, quod ad eos pervenit, ut in dict. §. fin. et vide per Bart. in l. 1. D. *de privat. delict.* et adverte, quia sufficit semel pervenisse, ut in l. *quod diximus*, §. fin. cum l. sequenti, D. *quod metus causa*, et dixi in l. 25 tit. 1. ead. *Partit.* imò et videtur velle lex ista, quòd et si non perveniat ex raptu, vel occasione rapinæ aliquid in hæredes, quod tenentur ad restitutionem rei raptæ, vel ejus æstimationem, cùm generaliter loquatur: et quia dictus §. fin. dicit dari condictionem furtivam, quæ datur contra hæredem, etsi nihil ad eum pervenit, l. *in condictione*, et l. *si pro fure*, § fin. D. *de cond. furtiva.*

(5) *El robador.* Vide quæ dicam in l 4. infrà tit. 14.

(6) *O la cosa robada.* Intellige tamen, si ibi fuit per raptorem asportata, ex his quæ notat Bart. in l. *si dominium*, D. *de furtis*, et quæ dicam in l. 4. infrà, tit. 14.

LEY III. — Que pena merecen los robadores, e los que los ayudan (a).

Contra los robadores es puesta pena en dos maneras. La primera es pecho, ca el que roba la cosa, es tenudo de la tornar con tres tanto (1) de mas de quanto podria valer la cosa robada. E esta pena deue ser demandada fasta vn año (2) desdel dia que el robo fue fecho; e en esse año non se deuen contar los dias que non judgan los Judgadores, nin los otros en que aquel a quien fue fecho el robo, fue embargado por alguna razon derecha, de manera que non pudiesse fazer la demanda. Mas despues que el año passasse, non podria fazer demanda en razon de la pena; como quier que la cosa robada, con los frutos della, o la estimacion, pueden siempre demandar al robador, o a sus herederos, assi como de suso diximos (3). La otra manera de pena es, en razon de escarmiento, e esta ha lugar contra los omes de mala fama, que roban los caminos, o las casas, o lugares agenos, como ladrones: e desto fablaremos adelante en el titulo (4) de los Furtos, que se sigue empos de aqueste (b).

(a) LL. 6 y 7, tít. 5, lib. 4 del F. R.

(b) Los robos se castigan actualmente con las penas determinadas en el cap. 1, tít. 14, lib. 2 del Código penal de 1848. Todas las leyes penales anteriores á la promulgacion del mismo, se hallan expresamente derogadas por su art. 494.

LEX III. — Contra raptores est duplex pœna, civilis, et criminalis; civilis, qua rapiens potest, conveniri intra annum utilem actione pœnali ad rem et triplum, in quo anno non computantur dies, in quibus judex non judicat, nec quibus actor juxta ratione impeditus, non potest agere; post annum verò non potest, nisi ad rem vel ad æstimationem et fructus convenire ipse raptor, et ejus hæres. Criminalis, qua latrones malæ famæ pœnis legitimis puniuntur, de quibus infrà titulo sequenti. Hoc dicit.

(1) *Con tres tanto.* Concordat cum l. 1. D. eod. et *Institut.* eod. in princip. et C. eod. l. fin. aliquando tamen pro rapina agitur ad duplum, ut in casu l. *Christianis*, C. *de pagan.* et *templ. eor.* et in casu §. 2. vers. *si duo*, *de pac. tenend.* et ibi Bald. Et quid si rapina fiat per ricos homines regni per Regem à regno expulsos, vide l. 11 tit. 25. 4. *Partit.* et adde l. 7. tit. 16. lib. 8. *Ordinam. Regal.* circa istam pœnam rapinæ.

(2) *Un año.* Adde l. fin. C. eod. et *Institut.* eod. in princ.

(3) *Diximos.* Suprà eod. l. proxima.

(4) *En el titulo.* Vide infrà tit. 1. l. 18.

LEY IV. — Como el señor es tenudo de los robos que fizieren sus sieruos, o los otros omes que biuen con el (a).

Robo faziendo sieruos (b) de algun ome, sin mandado de su señor, o con sabiduria non lo pudiendo vedar (1), non es en culpa el señor porende. Pero si aquello que forçaron o robaron, vino a mano, o a poder del señor, o entro en su pro, tenudo es de lo tornar todo (2) a su dueño. E si por auentura non vino cosa alguna destas a su poder, nin entro en su pro, dezimos, que estonce tenudo es el señor de fazer de dos cosas la una; o de desamparar los sieruos (3) que fizieron el mal, e meterlos en poder de aquellos a quien robaron; o de retenerlos, si quisiere fazer emienda por ellos, a bien vista del Judgador (4). Otrosi dezimos, que si los que fiziessen el robo en la manera sobredicha, fuessen omes libres (5), que estonce cada vno dellos es tenudo de fazer emienda por su cabeza, del yerro que fizo; pues que lo non fizieron con plazer, nin con mandado, del señor con quien biuian. Mas si lo fiziessen con plazer, o con mandado del señor con quien biuiessen, o sin su mandado en nombre del, si despues lo ouiesse por firme, estonce (6), quier sean sieruos o libres, el señor es tenudo de pechar el robo con la pena (c), tambien como si el mismo lo ouiesse fecho.

(a) L. 8, tít. 3, lib. 3, y L. 7, tít. 5, lib. 5 del F. J.—L. 5, tít. 13, lib. 4 del F. R.—L. 7, tít. 14; y L. 2, tít. 19 de esta Partida.—L. 16, tít. 1, lib. 10 de la N. R.

(b) Todavía no existe en nuestro derecho civil disposicion alguna que expresamente prohiba la exclavitud; mas parece que se trata de disponer ó se proyecta su abolicion para la Península. De hecho no existe en esta, y únicamente la conservamos en nuestras colonias de América. Aunque por el artículo 1.° del tratado de 28 de junio de 1835, celebrado entre España é Inglaterra, «se declara nuevamente por parte de España, que el tráfico de esclavos queda de hoy en adelante total y finalmente abolido en todas las partes del mundo», se entiende abolido únicamente el tráfico de esclavos negros bozales de Africa y no otros, pues que este tratado se propuso concluir con aquel tráfico inhumano, «segun el espíritu del tratado celebrado entre ambas potencias en 23 de setiembre del año de 1817», como se expresa en el preámbulo de aquel, y como se demuestra por la historia de todas las negociaciones ó gestiones anteriores al tratado y que forman sus antecedentes, así como tambien porque la ley de 2 de mayo de 1845, cuyo objeto es asegurar la observancia del tratado de 1835 referido, del cual es complemento, solo reprime y castiga el tráfico de negros bozales de Africa. Ni otra cosa pudo proponerse ni se propuso la España, que no ha debido, ni debe por ahora abolir la esclavitud en las colonias de América, pues lo contrario produciria males de mucha mayor consideracion que la existencia de la esclavitud en aquellos paises, hasta para los mismos esclavos. De consiguiente, en vista de todo resulta que se halla abolido y prohibido el tráfico de negros bozales mencionados, pero no se halla abolida la esclavitud.

(c) Repetimos nuestra nota 2.ª á la ley precedente.

LEX IV. — Dominus non tenetur de maleficio servi absque sui culpa facto, si vetare nequivit; sed si servus aliquid rapuit, tenetur dominus de eo, quod ad eum pervenit: de alio autem faciat emendam, aut dabit servum pro noxa. Si autem liberi homines rapuerunt absque domini mandato vel ratihabitione, quilibet pro capite suo tenetur; si autem facerunt ad complacentiam, vel mandatum domini vel ejus nomine, et ipse ratum habuit, tenetur dominus, ac si ipse fecisset. Hoc dicit.

(1) *Pudiendo vedar.* Nam si scivit et non prohibuit, tenetur in solidum, l. 2. et l. *in delictis*, D. *de noxal.* et l. *si servus*, C. *de noxal.* nam talis scientia habet in voluntatem, ut in l. 1 in princ. D. *si famil. furt. fecis. dicat.*

(2) *Tornar todo.* Concordat cum dict. l. *si servus*, C. *de noxal.* et intellige etiamsi noxæ dedat.

(3) *Desamparar los sieruos.* Concordat cum dict. l. *si servus*, et l. 2. D. *de noxal.* et nota, quòd si servus quæsita pecunia damnum velit solvere, ei cui noxæ datur, audiendus est, et cum prætoris auxilio eripi in libertatem invito domino, ut probat textus cum glossa in §. *dominus*, *Instit. de noxal. actio.* et hoc favore libertatis, ex quo infert Joan. Fab. ibidem, quòd si quis habens homines conditionales vel vassallos cederet bonis, quòd si tales velint redimere libertates suas, quòd debent audiri, et idem dicit videri, si creditores facerent vendi bona, in quibus sunt talia jura, quod facit, ut si dominus vendat vassallos, possint vassalli solventes pretium emptori eripi in libertatem: sed tu super hoc cogita, quia nullo jure cavetur, ut tales vassalli possent se redimere soluto pretio emptori dato, et dictus § *dominus*, loquitur in servitute servi, et non videtur extendi ad eum, qui est liber, licèt aliquo servitio vassallagii astringatur, quod et videtur velle idem Joan. Faber. in dict. §. *dominus*, in fin. cum opponit de cap. 2. *de judæis*, juncto fin. cap. 1. Montalvus verò in l. 2 tit. 24. *Part.* 5. motus ex illo dicto Fabri, dixit quòd possent vassalli infrà novem dies, juxta legem fori, se redimere solvendo pretium: sed ut dixi, tu cogita latius, quia non videtur fortè tutius ita arguere de servili conditione ad eum, qui est liber licèt conditionibus.

(4) *A bien vista del Judgador.* L. penult C. *vi bonor. raptor.* dicit, quod tenetur in quadruplum, cùm non vult dare pro noxa, et idem habetur in dict. l. *si servus*, in l. 2. in princip. dicit, noxale judicium dabo; unde videtur quod judex debeat tunc condemnare in quadruplum intra annum, et post annum in simplum.

(5) *Omes libres.* Adde l. 2. §. 14. vers. *familiæ*, D. *vi bonor. raptor.* et l. 1. §. *sed et*, cum §. sequenti, D. *de vi*, *et vi armata*, l. 5. in fin. tit. 15. 7. *Partit.* Bald. in l. *apud antiquos*, in fin. C. *de furtis*, cap. *cum ad sedem*, ubi Glos. *de restitut. spoliat.* l. *nequid*, D. *de incend. ruin. et naufrag.* et dicit Gloss. in dict. cap. *cum ad sedem*, quòd licèt possessio rei, quæ fuerat occupata per familiares, reperiatur penes dominum, non tamen præsumitur dominum mandasse, et idem tenet Bald. in l. 1. C. *de Episcop. et Cleric.* et dicit Bald. in l. *ad invidiam*, C. *quod met. causa*, quòd ex metu adhibito per familiares alicujus potentis, non præsumitur propterea, quòd sit factum de scientia domini, allegat dict. cap. *cum ad sedem*, et adde quod dicit Bald. in l. 1. in 2. lectura, C. *si rector provinc.* et speciale est in casu l. *si verò plures*, in l. respon. D. *de his qui dejec. vel effud.* quòd ego teneor pro delicto liberi hominis famuli mei, et regulariter contrarium, secundum Specul. tit. *de injur.* §. *sequitur*, ad fin. et hoc verum indubitatè, si nesciat, vel si sciat, et non possit prohibere; si autem sciat et potest prohibere, videtur, quod teneatur, quia tunc suum proprium, non alterius delictum obligat eum, secundum Joan. Fab. *Institut. de noxal.* in princ. ubi et dicit bonum verbum, quod et si non sint de familia mea, si tamen ad mei vindictam delinquunt, et ego sciam, et non prohibeam, credit ipse, quod debeam teneri: vide ibi per eum. Item si delinquant in officio domini, et in quo dominus eis utitur; vide in l. 1. D. *de public.* §. *familiæ*, et l. *debet*, ubi Bart. D. *naut. caupon. et stabular.*

(6) *Estonce.* Vide in dict. cap. *cum ad sedem*, et in dict. l. 1. §. *sed et*, D. *de vi et vi armat.*

TITULO XIV.

DE LOS FURTOS; E DE LOS SIERUOS QUE FURTAN A SI MESMOS; E DE LOS QUE LOS CONSEJAN, O LOS ESFUERZAN, QUE FAGAN MAL; E DE LOS GUARDADORES QUE FAZEN FURTO A LOS MENORES (a).

Furtar lo ageno es malfetria, que es defendida a los omes, por ley, e por derecho, que lo non fagan. Onde, pues que en el titulo ante deste fablamos de los Robos, queremos aqui dezir en este de los Furtos. E demostrar, que cosa es Furto. E quantas maneras son del. E quien lo puede demandar. E quales. E ante quien. E que pena merecen los furtadores, de qualquier manera que fagan furto. E los que los ayudan, e los encubren, e los que los aconsejan.

(a) Títulos 1 y 2, lib. 7 del F. J.—Tít. 3, lib. 2 del F. V. de Cast.—Títulos 13, 14 y 15, lib. 4 del F. R.—Tít. 16, lib. 8 de las OO. RR.—L. 6, tít. 5, lib. 1, y LL. 2 de los títulos 14 y 18, lib. 12 de la N. R.—Tít. 14, lib. 3 del Codigo penal de 1848.

TITULUS XIV. DE FURTIS.

LEY I. — Que cosa es furto (a).

Furto es (1) malfetria que fazen los omes que toman alguna cosa mueble agena encubiertamente sin plazer de su señor (2), con intencion de ganar (3) el señorio o la possession, o el vso della. Ca, si alguno tomasse cosa que non fuesse suya, mas agena, con plazer de aquel cuya es, o cuydando (4) que plazeria al señor della, non faria furto, porque en tomandola, non ouo voluntad de furtar. Otrosi dezimos, que non puede ome furtar cosa que non sea mueble (5), como quier que los Almogauares entran, e furtan a las vegadas Castillos, o Villas, pero non es propriamente furto (b).

(a) L. 5, tít. 14, lib. 12 de la N. R. — Art. 426 del Código penal de 1848.

(b) Sino usurpacion. Véase el cap. 3, tít. 14, lib. 2 del Código penal de 1848.

LEX I. — Furtum est maleficium factum per hominem recipiendo rem mobilem occultè alterius, sine domini voluntate cum intentione dominii, possessionis, aut usus ejus lucrandi: quia si cum domini voluntate capit, aut credit sibi non displicere, non committit furtum, cùm non habeat animum furandi, et furtum propriè non potest committi in immobilibus. Hoc dicit.

(1) *Furto es.* Concordat cum l. 1. §. 1. D. eod. et *Institut. de obligat. quæ ex delict. nascunt.* §. 1.

(2) *Sin plazer de su señor.* Pileus quæst. 134. incipit, *Cajus Sejus*, ponit quæstionem de Cajo Sejo, qui mandavit Lucio Titio, ut ovis de pascuis furaretur, qui susceptum mandatum nolens adimplere, oves Caji Seji mandatoris inventas in pascuis subripuit, et determinat, quod furti non tenetur, refert Alber. in dict. l. 1. D. eod. in §. *furtum.*

(3) *De ganar, etc.* Secundum hoc donans rem alienam et tradens, non committit furtum; cujus contrarium probatur in l. *alienam*, C. eod. Salicetus ibi solvit, quòd qui donat et tradit, spem lucri habet, ex quo obligat donatarium ad antidora, et qui detinet rem alicujus, ex hoc solo non committit furtum, nisi interveniat contractatio à movendo, vel includendo, seu factum à jure damnatum, ut notat Gloss. in dict. l. *alienam*, et contractatio in diffinitione furti significat omnem abductionem, vel bajulationem l. *si quis uxori*, §. *si quis asinum*, D. eod. Item ex sola venditione non committitur furtum, nisi venditio fiat rei præsentis, vel venditor, licèt res esset absens, constituit (cum ipse eam possideret) se possessorem nomine emptoris; vide in l. *si servum*, C. eod. ubi Salic. in fin. Et an com-

mittat furtum, qui percipit fructus beneficii, quo privatus est ipso jure? Vide Bald. quòd sic, in §. *injuria*, col. 3. *de pace jurament. firmand.*

(4) *Cuydando.* Concordat cum §. *furtum autem*, in fin. *Instit. de oblig. quæ ex delict. nascunt.* et procedit hoc sive istud opinetur in casu, quo à principio habuit rem cum voluntate domini; sive ipsa propria auctoritate occupet, credens dominum permissurum, l. *inter omnes*, §. *rectè*, D. eod et tenet Joan. Fab. in dict. §. *furtum autem:* sed objicies secundum eum, quòd secundum hoc nunquam poterit agi furti, semper enim fur dicet, quòd credebat dominum permissurum. Solve, quòd in casu dubii concurrere debent aliquæ conjecturæ, an habuit causam credendi, vel non; unde si rem perituram recepit veluti ovem errantem, vel animal fugitivum, vel lupo abstulit, non præsumitur malus animus; vel si dominus rei sit suus amicus, et recipiens homo honestus; secùs è contrario, si dominus sit ignotus, vel ejus inimicus, et recipiens sit velut de Tribu Benjamin lupus rapax; tunc dicit ipse, quòd judicaret contra eum; unde videtur expediens, quòd protestetur coram testibus, quòd ipse credit dominum permissurum, et quòd casu quo non placeret, se offerat reddere; nam in dubio non præsumitur velle, l. *qui vas*, §. *velare*, D. eod. et hoc quando dominus rei ignorat; si vero sciat, et non resistat, tunc distinguitur, an sit talis, qui resistere, aut probibere non auderet, et non videtur permittere, D eod. l. penult. quod intellige, quando metus resistendi esset servilis, non filialis, vel fraternalis, secundum eumdem Joan. Fab. ubi suprà: non ergo procedet quod dicit Abb. in cap. *dudum*, el 2. col. 5. *de elect.* quod dominus præsumitur in dubio vetare, etiamsi videat rem suam ab alio capi, quia distinguendum est, ut in dict. l. penult. ex conjunctione igitur personarum, qualitate facti, et aliis circunstantiis arbitrabitur bonus judex utrum sit in hoc credendum ei, qui talem credulitatem dicit habuisse: imo et dicit Abb. ibi, quod etiam si ex post facto dominus rei diceret, quod de consensu suo rex fuit capta, quod hoc solùm non sufficeret ad excusandum furem: vide ibi per eum, et per Bald. in l. *falsus*, col. 3. C. *de furtis*, ubi latiùs in hoc distinguit, videlicet quod si aliqua causa etiam fragilis, vel levis amicitiæ potest assignari, debet credi domino hoc dicenti, l. fin. C. *de crimin. expilat. hæredit.* si autem non apparet causa, et idem si suo juramento affirmet, quia est quæstio de animo, si est persona fidedigna, si autem simplici verbo, et sit persona de collusione suspecta, creditur sibi contra se, sed non contra rem publicam: ad quod adde Luc. de Penna in l. 1. C. *ut nemo ad suum patroc. suscip. vicos vel rustic. eorum*, lib. 11. col. penult. Vide etiam per Bart. in l. *inter omnes*, §. *rectè*, D. *de furtis*, per Bald. in l. *transigere*, C. *de transactionibus.* Vide etiam Angel. Aretin in tract. *malefic* in parte *et vestem celestrem*, col. 7. ubi in fine, quid si putavit se facere invito domino, dominus tamen erat volens? Dic quod non oritur actio furti, l. *inter omnes*, §. pen. D. eod. et infrà eod. l. 3. adde in simili glossam notabilem in cap. fin. 9. quæst. 2. et de Episcopo ordinante Clericum alterius diœcesis credente hoc placere Episcopo illius diœcesis.

(5) *Sea mueble.* Vide Glos. in §. 1. *Institut. de oblig. quæ ex delict. nasc.*

LEY II. — Quantas maneras son de furtos (a).

Dos maneras son de furto. La vna es, a que dizen manifiesto; e la otra es, el furto que faze un ome escondidamente. E manifiesto es (1), quando al ladron fallan con la cosa furtada (2), en ante que la pueda esconder en aquel lugar do la cuyda lleuar (3); o fallandolo en la casa a do fizo el furto, o en la viña con las uvas furtadas, o en el arbol con las oliuas, que lleuaua a furto, o en otro lugar qualquier, que fuesse presso, o fallado, o visto (4) con la cosa furtada, quier lo falle con ella aquel a quien la furto, o otro qualquier. E la otra manera de furto encubierto, es todo furto que ome faze de alguna cosa ascondidamente, de guisa que non es fallado, nin visto con ella, antè que la esconda.

(a) L. 5, tít. 14, lib. 12 de la N. R.—Cap. 2, tít. 14, lib. 2 del Código penal de 1848.

LEX II.—Est duplex furtum, manifestum scilicèt, ut cùm fur cum furto deprehenditur, antequam illud portet ad locum ad quem portare destinavit: aut si in domo causa furandi aut alio loco deprehenditur, sive à domino, sive ab alio. Item non manifestum cum prædicto modo non deprehenditur, antequam occultet rem furatam. Hoc dicit.

(1) *E manifiesto es.* Concordat cum l. 3. cum sequent. D. eod. et cum §. *furtorum*, *Institut. de oblig. quæ ex delict. nas.* et an falsus procurator dicatur fur manifestus? Vide Bald. quòd non, in §. *injuria*, col. 3. *de pac. juram firman.*

(2) *Cosa furtada.* Et non oportet probare, quòd talis deprehensus cum re furtiva furtum ipse fecerit, secundum Joan. Fab. *Institut. vi bonor. raptor.* in princ. deberet tamen audiri secundum eum, si vellet docere se ab alio justo titulo habuisse, allegat l. *civile*, C. eod.

(3) *Do lo cuyda lleuar.* Et quo destinaverit quis perferre, sic accipiendum est, quo destinaverit eo die manere cum eo furto, l. 4. D. eod. et sic intelligit, et limitat Glossam in verbo *deponere*, Joan. Fab. in dict. §. *furtorum.*

(4) *Fallado, o visto.* Non ergo requiritur apprehensio, seu captura sufficit, quòd sit visus, et ad eum deprehendendum, occurratur cum exclamatione, l. *si quis in servitute*, D. eod. et D. *de condict. furtiv.* l. *sive*, et tenet Bartol. et Angel. in dict. l. 3. quæ incipit, *fur est.* Dicit etiam Bald. in l. *falsus*, col. 3. C. *de furtis*, vers. *adverte*, quòd sicut verus et manifestus contumax dicitur ille, qui dicit, nolo venire, vel citatus audito verbo arripit fugam, ita fur manifestus dicitur, qui interpellatus per clamorem obstinato animo fugit cum furto, manifesta signa improbitatis suæ ostendens, ita quòd actus corporis ac etiam mens delinquendi manifestissima est, et velari non potest; cæterum etiam mille oculis videntibus non est manifestum sine contradictione furtum; quæ sunt verba Baldi satis notanda, et materiam istam declarantia, ubi etiam dicit Paulus de Castro, quòd sola visio, etiamsi mille essent præsentes et viderent, non facit furtum manifestum, sed tunc demum fit, cùm contra eum sit acclamatum, et ipse non obstante acclamationem persistens in sua pertinacia aufugit cum re furtiva, et apprehenditur antea quam ad locum perveniat, non tamen si abjiciat furtum, desinet esse fur manifestus, ut in dict. l. *si quis in servitute*, D. eod. neque requiritur captura furis, ut dixi in princ. neque captura, vel apprehensio rei furtivæ, ut tradit Alberic. in dict. l. *falsus*, col. 2. et satis probatur hìc, et in dict. §. *furtorum.*

LEY III. — Como, si alguno presta cauallo, o otra bestia, para vn lugar cierto, e aquel que la recibe emprestado la lleua a otra parte, gela puede demandar por furto.

Cauallo, o alguna cosa mueble, tomando vn ome a otro emprestada, para yr con ella a lugar cierto fasta tiempo señalado, si de alli adelante la lleua, o vsa della, faze furto (1); fueras ende, si lo faze cuydando que non pesara al señor della. E aun dezimos, que maguer el cuydasse quel pesaria al señor de la cosa si la lleuasse a otro lugar, con todo esso, si fuesse fallado en verdad que le non pesara (2), non faria porende furto. Otrosi dezimos (3), que si vn ome tomasse de otro alguna cosa mueble en guarda, o en peños, si este vsasse della en alguna manera contra voluntad de su señor, que face furto (4) (a).

(a) Esta ley explica el hurto de uso, el cual solo obliga al resarcimiento de perjuicios.

LEX III. — Rem commodatam ultra conventionem ducens committit furtum, nisi credidit dominum permissurum, vel non credidit, sed re vera domino non displicuit. Item committit furtum, qui utitur quocumque modo re deposita, aut pignorata contra domini voluntatem. Hoc dicit.

(1) *Faze furto.* Concordat cum § *furtum autem*, vers. *itaque*, *Institut. de oblig. quæ ex delict. nascunt.*

(2) *Que le non pesara.* Concordat cum l. *inter omnes*, §. penult. D. eod. et cum §. *sed et si credat*, *Institut. de oblig quæ ex delict. nascunt.*

(3) *Otrosi dezimos.* Concordat cum dict. §. *furtum*, vers. *itaque*, et l. *si pignore*, in princ. et §. 1. D. *de furtis*, et l. 20 tit. 13 5. *Partit.* et vide textum notabilem in l. *qui furtum*, D. *de condit. furtiv.*

(4) *Furto.* Creditor tamen licitè vendit fructus, quos percepit ex re pignorata, sed pretium accedit in solutionem sortis, l. 1. et 2. C. *de pignor. action.* Abb. in cap. *cum contra, de pignor.* col. 1. Item si debitor rem, quam creditori pignori debit, subripiat; committit furtum, l. *in actione*, §. fin. D. *de furt.* ubi Bartol. et l. 9 infrà eod Et si pignori detur castrum, an creditor possit uti jurisdictione, et aliis juribus incorporalibus? Vide Bald. in cap. 1. *de feudo dato in vicem leg. commiss.* remittentem se ad ea, quæ habentur et notantur in cap. *cum Berloldus*, *de re judic.* ubi vide de jure patronatus, quòd non transit; benè tamen transiret pensio, quæ ratione juris patronatus deberetur, secundum Abb. ibi, col. pen. et videtur in hoc dicendum, quòd posset creditor cui castrum pignori est datum exercere jurisdictionem, et gaudere aliis fructibus, qui essent talis naturæ, quòd possint in sortem computari, vel debitori restitui: facit l. *eleganter*, §. fin. D. *de pignor. action.* Ludovicus Roman. *in singul.* incipit, *Quæritur à me:* Rochus in tractat. *jur. patron.* charta 31. col. 1. in vers. *vigesimoseptimo quæro:* et vide quæ dixi in dict. l. 20. tit. 13. 5. *Partit.* et in condemnatione talis furti considerabitur valor talis usus rei depositæ, pignoratæ, vel commodatæ, non proprietatis, seu totius dominii, Gloss. in l. *qui jumenta*, D. eod. et ibi Bart. et Angel. Azon. in summa, C. *de furtis*, col. 2.

LEY IV.—Quien puede demandar el furto, e a quales, e ante quien (a).

Aquel ome a quien es furtada la cosa, o su heredero, la puede demandar al ladron, o a su heredero, antel Judgador del lugar a do fuesse el furto (b), o de otro lugar qualquier en que fallassen el ladron (1). Pero si el que fizo el furto, era fijo, o nieto (2) del señor de la cosa furtada, non gela pueden demandar ninguno dellos en juyzio, como a ladron. Esso mesmo dezimos de lo que tomasse la muger (3) al marido (c), o el sieruo (d) (4) al señor. Mas bien puede el padre, o el auuelo, o el marido, castigarlo en buena manera (5), porque de alli adelante se guarde de non fazer otro tal yerro. Pero si el fijo, o el nieto, o la muger, o el sieruo (e), vendiesse aquella cosa que assi furtasse a alguno, el que la assi comprasse del, sabiendo que era de furto, non la puede ganar por tiempo (6), ante dezimos, que gela puede demandar aquel cuya es; e prouando que es suya, e que la furto su fijo, o su nieto, o algunos de los sobredichos, deuela cobrar, non dando por ella alguna cosa; e el otro es tenudo de gela dar, e deue perder el precio (7) que dio sobre ella. Mas si este que la compro ouo buena fe, non sabiendo que era de furto, como quier que es tenudo de desamparar la cosa al señor della, con todo esso, bien podria demandar el precio que dio por ella, a aquel de quien la compro (8). E si por auentura el fijo, o el nieto, non vendiesse la cosa, mas la diesse, o la empeñasse, o la malmetiesse en otra manera qualquier, puedela demandar el padre, o el auuelo, a aquel que la tuuiesse, pues que sin otorgamiento dellos fue assi enagenada. E lo que diximos en esta ley, del fijo, e del nieto, entiendese tambien de la muger que furtasse alguna cosa a su marido, o del sieruo (f) que furtasse alguna cosa a su señor, o la baratasse, o la vendiesse (9), assi como sobredicho es. E como quier que el furto que fiziesse el fijo al padre, o el nieto al auuelo, o la muger al marido, o el sieruo (g) al señor, que non lo pueden demandar a alguno dellos en juyzio como a ladron, con todo esso dezimos, que si alguno dellos lo fiziesse con ayuda (10) que otro le diesse, o con consejo (11) que fuesse atal, que por razon de aquel se mouiesse a fazer el furto, e que el fijo, nin alguno de los otros non lo fizieran de otra guisa; estonce, a tales ayudadores, o consejadores, puede ser demandada la cosa del furto, maguer la cosa furtada non passasse a su poder; esto es, porque ouieron muy grand culpa. Ca, si el ayuda, o el consejo que ellos dieron, non fuesse, pudiera ser que non fuera fecho aquel furto (h). E lo que diximos en esta ley, de los que dan ayuda, o consejo, a estos sobredichos, para fazer el furto, ha lugar en otros omes qualesquier, que diessen consejo, o ayuda, para fazer furto a otros omes estraños. E dezimos, que daria ayuda (12) al ladron, todo ome que le ayudasse a subir sobre que pudiesse furtar, o le diesse escalera con que subiesse, o le emprestasse ferramienta, o demonstrasse otra arte con que pudiesse decerrajar, o cortar alguna puerta, o abrir arca, o para foradar pared, o en otra manera qualquier que le diesse ayuda a sabiendas, que fuesse semejante de alguna destas, para fazer furto. E consejo da (13) al ladron, todo ome que lo conforta, o lo esfuerça, e le demuestra alguna manera de como faga el furto.

(a) L. 19, tít. 2, lib. 7 del F. J.—L. 9, tít. 13, lib. 4 del F. R. —LL. 67 y 68 de Estilo.—L. 2, tít. 13 de esta Partida.—L. 16, tít. 1, lib. 10 de la N. R.

(b) Véase nuestra nota 2.ª á la L. 15 tít. 1 de esta Partida.

(c) Se halla conforme con esta doctrina la expuesta en el artículo 168 del Código penal de 1848.

(d) (e) (f) (g) Respecto á la esclavitud véase nuestra nota 2.ª á la L. 4 del título precedente.

(h) Segun el art. 12 del Código penal, se consideran autores del delito, entre otros, los que fuerzan ó inducen directamente á otro á ejecutarlo, y los que cooperan á la ejecucion del hecho por un acto sin el cual no se hubiera efectuado.

LEX IV.—Potest agere furti is à quo fuit res surrepta, et potest petere eam à fure, vel ejus hærede coram judice loci, ubi fuit furata, vel ubi fur reperitur; sed pro substractis per filium, uxorem, vel proprium servum, non potest quis agere furti, licèt potest eos per se bono modo castigare. Sin autem filius, nepos, uxor, aut servus furatam rem vendat, siquidem scienter, petet eam dominus illius, et probato quòd erat sua, et quòd aliquis prædictorum furatus est eam, recuperavit eam, et emens perdet pretium; sed si emptor bonam fidem habuit, recuperavit pretium à vendente. Si autem quis ex eis prædictam rem donavit, pignoravit, aut aliàs in alium rem sic furatam transtulit, petet eam dominus à possessore, seu tenente eam. Agere etiam potest pater, maritus, aut dominus, ad pœnam furti, contra consilium, aut auxilium filio, uxori, aut servo dantes, sine quo furtum fieri verisimile non erat: et dispositum de auxiliantibus filiis, uxoribus, aut servis in furto, habet locum in auxiliantibus aliis furibus, ut puta scalam ad furtum faciendum commodantibus, vel ferramenta ad seras aperiendas, seu ad parietis accessum juvantes, vel ad similia, de quibus in textu: et consilium dat furi qui confortat eum, ut furetur, aut modum furandi illi ostendit. Hoc dicit.

(1) *El ladron.* Adde l. 2. suprà tit. 1. et l. 32. tit. 2. 3. *Partit.* et per istam legem approbatur opinio Bart. in l. *si dominium*, D. eod. et in l. *si abducta*, C. eod. et in l. *sed neque legatarius*, D. *de cond. furtiv.* quòd qui fecit furtum Florentiæ, si reperiatur Bononiæ cum